



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlæ Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d'

Romæ, 1616


Regulæ Communes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)



REGVLAE

COMMVNES.



- 1  Singuli præfinitum sibi tempus suæ cōscientiæ bis quotidie examinandæ, orationi, meditationi, lectionique impendant cum omni diligentia in Domino. P. 4. c. 3. §. 3. & 4. Examen cōscientiæ, oratio, & lectio.
- 2 Omnes quotidie sacro decenter interfint: & concionem, lectionemve sacram, cum in templo nostro habebitur, audiant. P. 4. c. 4. §. 3. & 4. Sacrum & concio. Confessio.
- 3 Singuli statuto die, & assignato sibi Confessario confiteantur, & non alteri sine Superioris facultate. P. 3. c. 1. §. 1. r. & p. 6. c. 3. §. 2. & in Bul. 3. Pauli iij.
- 4 Omnes (qui Professi, aut formati Coadiutores non sunt) bis in anno sua vota renouabunt, præmissa confessione generali; quo tempore rationem suæ conscientiæ reddent, & quoties etiam Superiori visum fuerit, iuxta morem Societatis. Quid in renouatione votorum. P. 4. c. 4. §. 5. & c. 10. §. 5. & p. 5. c. 4. §. 6. & Exam. c. 4. §. 38. & 41.

B 2 5 In

- Abſtinentia . 5 In abſtinentia ſextæ feriæ , Societatis
conſuetudo ſeruetur .
- Mortificatio
publica . 6 Nullus mortificationem publice faciat,
nec concionetur , niſi Superiore approbante .
In Ex c.4.ſ.4
Pecunia . 7 Nemo pecuniam apud ſe habeat: apud
alium vero , nec pecuniam , nec quicquam
aliud .
- P.4.c.6.lit.G
Libri . 8 Libros nemo habeat ſine facultate : in
ijs vero quibus vti licet , nec ſcribat quic-
quam , nec notam vllam imprimat .
- Nihil vſurpan-
dum . 9 Nemo rem vllam ex domo , vel ex al-
terius cubiculo ſibi vſurpet , aut ab externo ,
quouis modo ſibi , aut alij accipiat , ſine Su-
perioris licentia .
- LinguaRegio
nis addiſcēda . 10 Ad maiorem vnionem eorum , qui in
Societate viuunt , maiuſque auxilium eorum ,
apud quos habitant , ſinguli addiſcant eius re-
gionis linguam , in qua reſident , niſi forte ipſo-
rū natiua illic eſſet vtilior , ſalua tamen Latini
ſermonis lege in ijs , qui literis dant operam .
- P.4.c.6.ſ.13
Nihil obſe-
randum . 11 Nullus ita cubiculum ſuum claudat ,
quin aperiri extrinſecus poſſit ; aut arcam ,
ſeu quicquam aliud habeat obſeratum abſq.
Superioris facultate .
- P.3.c.2.lit.E.
Modestia ſer-
uanda . 12 Aperta fenestra nemo noctu dormiat,
nec ſine induſio , aut non coopertus .
- 13 Nemo cubiculo egrediatur , niſi de-
center veſtitus .
- In Ex.c.6.ſ.6
Coadiutores
nihil addiſcāt . 14 Nemo eorum , qui ad domeſtica mi-
niſteria admittuntur , aut legere diſcat , aut
ſcri-

scribere, aut si aliquid scit, plus literarum addiscat: nec quisquam eum doceat sine Præpositi Generalis facultate: sed satis ei erit sancta cum simplicitate, & humilitate Christo domino nostro seruire.

15 Signo campanæ constitutis horis audito, omnes statim vel imperfecta litera relicta, ad id, ad quod vocantur, se conferant.

P.4 c.10. §.9
Obedientiæ
perfectio.

16 Vt consulatur valetudini nemo extra consueta tempora bibat, nec extra domum cibum sumat absque facultate Superioris.

17 Qui male se habere præter solitum, senserit, id Infirmario, vel Præfecto sanitatis, aut Superiori referat. Nemo vero medicinam ullam accipiat, aut medicum eligat, vel consulat, nisi approbante Superiore.

P.3. c.2. §.6.

18 Singuli etiam si Sacerdotes sint, cum primum surgunt, lectum operiant, eumque & reliqua componant hora consueta, & scopis cubiculum verrant tertio saltem quoque die, exceptis ijs, qui ob occupationes maioris momenti, aut valetudinis causa, iudicio Superioris subleuandi sunt.

Lectus componendus.

19 Mundities, quæ & ad valetudinem, & ad ædificationem confert, omnibus curæ sit, tam circa se ipsos quam circa alia omnia.

Mundities.

20 Qui grauem tentationem alicuius nouerit, Superiorem admoneat, vt ei ipse pro paterna in suos cura, ac prouidentia conuenienti remedio possit occurrere.

Tentatio.

- Quæ ad regimen non exquirenda . 21 Quæ à Superioribus circa administrationem agenda sunt , nemo curiose ab alijs exquirat , aut coniecturam faciendo de ijs sermonem misceat : sed vnusquisq. sibi , ac muneris suo attendens , quicquid de se , atq. alijs constituendū erit , tanquā de manu Dei expectet .
- Caput aperiendum . 22 Omnes caput aperiunt suis Superioribus , & Sacerdotibus ij , qui Sacerdotes non sunt , discipuli etiam suis præceptoribus . Vnusquisque autem Superiores alloquatur magna cum reuerentia : is vero , quem Superior alloquitur , aut reprehendit , humiliter , & sine interpellatione audiat .
- Re à Superiore denegata , quid cum alio agendum . 23 Si cui à Superiore denegatum aliquid fuerit , aliū Superiorem ne adeat super ea re , quin ei aperiatur , quid sibi ab alio fuerit responsum , & quas ob causas negatum .
- Ab occupato monendus . 24 Cui fuerit alicuius rei cura commissa , si impedimentum aliquod interuenerit , mature admoneat aliquem ex Superioribus , vt provideat .
- Nihil secum ferendum . 25 Nemo cum ex vno loco in alium proficiscitur , quicquam secum asportet sine facultate Superioris .
- Silentium , vbi , & quando . 26 Extra tempora recreationi assignata , hac ratione silentium seruandum est , vt nemo loquatur , nisi obiter & perpaucis , aut de rebus necessarijs , præsertim in Ecclesia , Sacristia , & Refectorio : in missa vero , concione , mensa , lectionibus , & disputationibus si quid

quid priuatim dicere necesse erit, breuiffime, & fubmiffa voce fuggeratur.

27 Nemo præter eos, qui à Superiore deputati fuerint, loquatur cum ijs, qui in prima probatione verfantur: excipiuntur tamen vfitatæ falutationes, quas cum alij alijs obuij fiunt, charitas religiofa exigit.

P. 1. c. 4. §. 48
lit. A.
Cum ijs, qui
funt in prima
probatione,
non loquendū

28 Omnes demiffa voce, vt religiofos decet, loquantur: nullusque cum alio contendat; fed fi qua in re nobis eft diuerfa fententia, eaque videtur manifeflanda, rationes modefte, & cum charitate afferantur, eo animo, vt fuus veritati fit locus, non vt in ea re Superiores videantur.

Modestia in
loquendo.

29 Qui facultate accepta ægrotos inuifent, non folum demiffa voce loquantur, fed tanta etiam moderatione, vt illis molefti non fint, atque de ijs agant, quæ & confolari ægrotos, circumftantesque ædificare in Domino poffint.

Ægroti quo-
modo inuifendi.

30 Caueant fibi omnes ab illo affectu, quo alia de alijs nationibus finiftre fentire, aut loqui folent, quin potius & bene fentiant, & peculiari affectu diuerfas à fua nationes profequantur in Domino: ac proinde nemo bella, contentionesve inter Christianos Principes in colloquium inducat.

P. 10. §. 11.
Nationes omnes
pari affectu amplectenda.

31 Nemo præter eos, quibus per Superiorem licet, quicquam alijs iubeat, aliosve reprehendat.

- P. 4 c. 10. §. 6.** 32 In alterius officium nemo se ingerat: in locum vero alieno ministerio deputatum, nullus ingrediatur sine facultate Superioris, aut Præfecti illius loci, in rebus necessarijs.
- P. 3. c. 1. lit. D** 33 Nemo in alienum cubiculum ingredia- tur sine generali aut speciali Superioris facul- tate: quod si aliquis intus sit, non prius ape- riat ostium, quam post pulsum audiat, Ingre- dere; & tamdiu aperta sit ianua, quamdiu in- tus vna fuerint.
- 34 Ut ea, quæ religiosos decet, grauitas, & modestia retineatur, nemo alium etiam ioco tangat, præterquam in signum caritatis amplexando, cum quis aut abit, aut redit peregre.
- Aperire caput in mensa.** 35 Nemo dum mensæ accumbit, cuiquam ex nostris, præterquam ei Superiori qui præest toti Domui, aut Collegio, caput aperiat. Et cum aliquid in mensa cuiquam deest, is, qui il- li assidet, admoneat eum, qui ministrat.
- Loqui cum externis.** 36 Domi nemo loquatur cum externis, aut alios ad id vocet sine facultate generali, aut particulari Superioris.
- Literæ, aut mandata.** 37 Nemo cuiusquam externi ad domesti- cum, aut domestici ad externum mandata, deferat, aut literas, in scio Superiore: secu- lares autem rumores, qui foris audiuntur, ne temere, & sine fructu narrentur.
- Res domesti- cæ non refe- rendæ.** 38 Nemo quæ Domi acta, vel agenda sunt, externis referat, nisi Superiori id pro- bari

bari intelligat. Constitutiones vero, aliosve huiusmodi libros, aut scripta, quibus Societatis institutum, vel privilegia continentur, non nisi ex Superioris expresso consensu ijs communicet.

39 Nemo scriptas dabit, aut mittet cuiquam externo, vel domestico instructiones spirituales, aut meditationes, nec exercitia spiritualia Societatis alicui communicabit, nisi à Superiore id approbetur.

Instructiones spirituales scriptæ, &c.

40 Nemo ab externis consilium petat sine facultate Superioris.

Consilium ab externis.

41 Nemo cuiusquam negotij, etiam pij, sine facultate Superioris curam suscipiat, nec ad id operam suam promittat, aut se propensum ostendat: secularia vero negotia, ut quæ sunt à nostro instituto aliena, & vehementer à spiritualibus auocant, multo magis auerfari conuenit.

P. 6. c. 3. §. 7. & p. 9. c. 6. §. 4. Negotia pia.

42 Omnes, pro ratione sui gradus, data commoda occasione, enitantur pijs colloquijs proximum ad meliora promouere; & consilio, ac exhortatione ad bona opera, præsertim ad confessionem excitare.

P. 7. c. 4. §. 8. & in Exa. c. 6. §. 4. Proximus ad bonum promouendus.

43 Nullus Domo egrediatur, nisi quando, & cum quo socio Superiori visum fuerit.

Cum socio egrediendum.

44 Cum quis facultatem à Superiore petit aliquo eundi, simul etiam aperiat, quò, & cuius rei causa ire velit, præsertim si prælatus, aut alius vir primarius conueniendus sit. eademque

P. 3. c. 1. §. 3. & in Exa. c. 4. §. 25.

Aperiendum quo, & ad quid eundum &c.

demque die referat eidem, quid egerit, sicut ipsum velle intelliget, & res postulauerit.

Tintinnabulum Ianuæ.

45 Ingressuri, egressurive Domo, tintinnabulum nec vehementius, nec crebrius pulsent, quam par est. Nemo autem nisi consueta Domus ianua egrediatur, vel ingrediatur.

Nomina signanda.

46 Qui Domo egrediuntur, signabunt sua nomina, quæ prope ostium Domus in tabula descripta sunt, & admonebunt ianitorem, quo sint profecturi.

47 Omnes ante noctem, qui foris sunt, se Domum recipiant; nec egredientur ante lucem sine facultate Præpositi, vel Rectoris.

Ad nostrorū Domos diuertendum.
Can. 13. Congreg. 3.

48 Cum quis iter faciens transit per locum, vbi Domo aut Collegium Societatis sit, ad aliud hospitium ne diuertat, eiusque, qui illic præest, obedientiæ subdit in omnibus, sicut & reliqui, qui in eadem Domo, vel Collegio commorantur. Quod si quis etiam ad negotia tractanda venerit, ea non nisi ex eiusdem consilio, ac directione tractabit.

Lectio Regularum.

49 Singuli has regulas, & officiorum suorum habeant atque intelligant, sibiq. faciant familiares, ac earum memoriam mensibus singulis eis legendis, vel audiendis renouent: qui tamen peculiaria ministeria Coadiutorum obeunt, eas, quæ ad ipsorum officia pertinent, singulis hebdomadis repetant.

P. 4. c. 10. lit. F